

sive sit incorporalium rerum. *L. 31. de acq. ver. dom.* Licet enim rerum incorporalium proprie traditio non sit. *L. 25. §. 1. in fin. ff. de Serv. præd. Urb.* Usus tamen pro possessione, & patientia pro traditione habetur. *L. 3. de usufr. L. 1. §. ult. L. ult. de Serv. L. 10. si Serv. vind.* Solent Principem excipere, qui possessioni suæ titulum quærere opus non habeat, tum quod solutus sit legibus. *§. 8. Inst. quibus modis test. infirm. L. 31. ff. de LL.* tum quod subditorum res politice sint ipsius principis propriæ *vid. Hob. de Civ. Cap. 6. §. 13. 14. 15. & seq.* tum quod subditis de Principis factorum possessionisque justitia disputare non conveniat. *Gloss. in Rubr. C. de Præp. lab.* Verum enim verò cum Princeps quidem legibus solutus sit, legibus tamen vivat, & cum officio boni imperantis non pugnet, sed illi probe conveniat, leges quas ipse tulit, servare, nihilque magis proprium sit imperii quam legibus vivere. *L. 23. ff. de Legat. III. L. 4. C. de LL. L. 3. c. de Test.* Præterea Princeps non sit solutus legibus naturalibus & jure gentium, & porro quod subditorum res sint ipsius propriæ, non ita simpliciter statuendum, ut hoc pluribus deducit *Schilt. in Manud. Philos. Moral. ad ver. Jprud. §. 67. & sq.* defendant illi hanc opinio,
C
nem